

Transumptis
credi jubet.

hac vice dumtaxat specialiter, & expresse, ac plenissime pariter, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 21. Ceterum volumus quoque, ut presentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personę in Dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud habeatur, quę haberetur ipsis presentibus, si forent exhibite, vel ostense.

Prohibitio
eam infirmis
gendi.

§. 22. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrorum approbationis, confirmationis, mandatorum, preceptorum, decretorum, ordinationum, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. die 14.
Julii 1735.
An.V.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicę millesimo septingentesimo trigesimo quinto pridie Idus Julii Pont. nostri Anno V.

A. Card. Prodaturus.
F. Card. Oliverius.

VISA

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.
Loco * Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo trigesimo quinto, die vero 15. mensis Julii, Indictione decima tertia, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Clementis Divina Providentia Papę XII. anno quinto, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesię Lateranensis, Basilicę Principis Apostolorum, Cancellarię Apostolicę, Curię generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Florę, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Antonium Pellicia Apostolicum Curf. Nicolaus Cappelli Magister Curf.

CLX.

Bona Ecclesiarum jamdiu ab Hęreticis occupata in Palatinatu inferiore, & Ducatu Neoburgensi iis condonantur Possessoribus, qui ad fidem Catholicam convertuntur.

Non absimilem concessionem factam pro Ducatu Saxonia legere est supra Tom. antecedenti Consti. LXV 11. pag. 284.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proccinium.

Inter multiplices, gravissimasque Apotolatus curas, quibus assidue detinemur in eam potissimum incumbimus, ut extirpatis hęresum vepribus Catholica Fide ubique gentium floreat, ac colatur, ovesque diabolica fraude seductę, & per de-

CLXI.

Declaratur quod Ministro Generali Ord. S. Francisci Capuccinorum & Secundariis Superioribus ab eo dependentibus tanquam veris, & legitimis filiis ejusdem S. Francisci conveniat, & competat in quocumque loco, Civitate, Provincia, & Regno, etiam ubi alii Tertiarii ejusdem Ord. jam reperiuntur, erigere, instituire, & fundare Confraternitates.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Apostolica servitutis officium, quod inscrutabilis Sapientię atque Clementię Dei altitudo humilitati nostrę meritis licet, & viribus longe impari committere dignata est, exigit, ut ad ea, quę Christifidelium sub Religiosorum virorum in vinea Domini strenue allaborantium directione in rebus ad pietatis, & devotionis opera, gratiasque spirituales pertinentibus conducibilia esse noscuntur, libenter intendamus, sicut rerum, locorum, temporum, & personarum qualitate mature perpensa, salubriter in Domino expedire arbitramur.

Proccinium.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii Bonaventurę a Ferraria Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, ut sibi, & pro tempore existentibus Ministro Generali, & Secundariis Superioribus ab eo dependentibus tanquam veris, & legitimis filiis ejusdem S. Francisci conveniat, & competat in quocumque loco, Civitate, Provincia, & Regno, etiam ubi alii Tertiarii ejusdem Ordinis iam reperiuntur, erigere, instituire, & fundare prefatum Tertium Ordinem pro quibuscumque piis, & devotis personis Sęcularibus utriusque sexus, atque hujusmodi Tertii Ordinis professoribus scapulare, sive habitum cum singulo conferre, in rebus spiritualibus dirigere, in tertia Regula memorati S. Francisci observanda privatim, & publice eos edocere, & instruire, utque ipsi Tertiarii a Capuccinis recepti omnino gaudere, atque ut possint, & debeant omnibus, & singulis privilegiis, indulgentiis, gratiis, & favoribus, ac prerogativis per Sedem Apostolicam Ordini Tertiariarum a quocumque Ministro Generali dependentium sub suo capite, qui unus est, idem S. Franciscus, alias concessis, vel in posterum concedendis, tenore presentium declaramus, & statuimus.

Declaratio, de qua in Rubrica.

§. 2. Decernentes eadem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicut in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & desiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque aucto-

Presentium literarum firmas.

firmis, salvisque remanentibus quibuscumque foundationibus, applicationibus, aliisque dispositionibus de bonis sic recuperatis a Sede Apostolica, ac prefertim a memorato Alexandro Prędecessore factis, seu approbatis, nec non administratione aliorum bonorum istiusmodi eidem Carolo Principi Electori concessa, & attributa, ut prefertur, quibus per presentes nullatenus derogare, aut quicquam desuper immutare, vel innovare intendimus) omnia, & singula bona Ecclesiastica cujuscvis qualitatis, & valoris in Palatinatu inferiore, & Ducatu Neoburgensi hujusmodi consistentia, quę pręteritorum temporum calamitate occupata, nec hucusque recuperata, & vindicata fuerunt, sed a dictis A catholicis adhuc uti sua propria detinentur, sicut pręmittitur, modernis eorum possessoribus, seu detentoribus, qui ad Catholicam Religionem deinceps redierint, eorumque Successoribus quibuscumque itidem Catholicis, & in sinceritate Orthodoxę Fidei perseverantibus una cum fructibus perceptis de Apostolica potestatis plenitudine harum serie ex specialis dono gratię remittimus, condonamus, cedimus, & relaxamus, distisque possessoribus, seu detentoribus, eorumque Successoribus, ut ipsi de bonis prefatis tam inter vivos, quam ex causa mortis, aut alias quomodolibet libere disponere possint, plenam tenore presentium tribuimus facultatem, neque illos pro parte dictę Sedis Apostolicę Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum Piorum, aut Personarum Ecclesiasticarum ad quas, & quę bona predicta olim pertinebant ratione, & occasione premisorum desuper molestari, inquietari, aut perturbari possint, statuimus, & decernimus.

§. 3. Non obstantibus nostrę & Cancellarię Apostolicę Regula de jure questio non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum Piorum hujusmodi foundationibus, ac quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium premisorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earundem presentium literarum exemplis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personę in Ecclesiastica dignitate constitutę munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quę ipsis presentibus adhibetur, si forent exhibite, vel ostense.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 13. Julii 1735. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Dat. die 13.
Julii 1735.
An.V.

via misere errantes, agnita tandem veritate ad gregem Dominicum reducantur, piisque Orthodoxorum Principum de Ecclesia Dei optime meritorum in id ipsum laudabiliter tendentibus votis quantum cum Domino possumus, libentissime annuimus.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus Filius nobilis vir Carolus Comes Palatinus Rheni S. R. Imperii Princeps Elector Heydelbergensis nobis nuper exponi fecit, tametsi diversa bona Ecclesiastica in Palatinatu inferiore, ac Ducatu Neoburgensi temporali suę ditioni subiectis consistentia, quę olim dum Hęresis in illis, finitimisque Regionibus cuncta misereret, ac turbaret per A catholicos occupata fuerant, progressu temporis benediciente Domino, recuperata, seu alias vindicata fuerint, dictique Caroli Principis Electoris majores, seu Progenitores Ducis Neoburgenses postmodum a Sede Apostolica ac prefertim felicis rec: Alexandro PP. VII. Prędecessore nostro de aliquibus bonis sic recuperatis quasdam pias foundationes, & applicationes, aliasque dispositiones, fieri, seu approbari, nec non tam illi, quam etiam ipse Carolus Princeps Elector, nonnullorum aliorum bonorum, pręfatorum administrationem, quę etiam ad presens durat, sibi per Sedem predictam respective concedi, ac tribui obtinuerint, nihilominus plura ex bonis Ecclesiasticis supradictis adhuc extant, quę etiam num a dictis A catholicis detinentur, ac si sua, & propria forent, eorumdem vero A catholicorum plerisque a reddito ad gremium Sanctę Matris Ecclesię deterreat, ac moreretur metus ne bona predicta, quibus nunc potiuntur, post sui reditum hujusmodi dimittere cogantur, utpote quibus destituti, vitę humanę subsidiis, ac commodis, quibus diu assueverunt, exuerentur, eorumque filii, & familia congrua, ac etiam quandoque necessaria sustentatione carentes ad inopiam, duramque egestatem redigerentur; Idem Carolus Princeps Elector animadvertens, quod si A catholicis prefatis postquam ad Religionem Catholicam conversi fuerint, bona sic occupata retinere liceret, sicut non ita pridem similibus bonorum occupatoribus in Ducatu Saxonię a nobis concessum fuit, merito sperari posset, forent A catholicis predicti tali sublato metu, seu remoto ad Orthodoxę Fidei, & Ecclesię unitatem abiectis erroribus facilius revertentur; nobis propterea humiliter supplicari fecit, quatenus in premissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Carolus Comes Palatinus pręvidens pietate, rosque A catholicorum - qui occupata jamdiu Ecclesiasticorum bona detinent, a Catholica Fide suscipienda exterrere posse, si ad ea restituerentur, compellerentur.

Eis condonari petit a Pontifice.

Qui eadem presentibus Possessoribus remittit salvis jam antea recuperatis, & ex quibus pias foundationes &c. factę sunt.

Obstantibus derogat.

(fir-

Derogatio contrarium

auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit praefatorum Ordinum etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis; illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis danda fides.

§.4. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 23. Julii 1735. An.VI.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris, die 23. Julii 1735. Pontificatus nostri Anno VI.

F. Card. Oliverius.

CLXII.

Ecclesia Ferrariensis, antea Episcopalis in Archiepiscopatum erigitur.

CLEMENS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

P Aterna Pontificii nobis & si insufficientibus, ex alto commisso muneri affluc cor nostrum pulsata sollicitudo, ut Univeris Orbis Terrarum Ecclesiis aeterna illius, qui humanae debilitati dat vires, sic disponente bonitate Praesidentes Ecclesias ipsas praesertim Cathedrales insignes, in quibus vigil laudabilium suorum Administratorum studium statum auxit, decorem, & ornatum debitis praerogativarum, & privilegiorum decoremus titulis ut in eis sic decoratis divini cultus ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, augendamque fideli erga eas devotionem elucescat Majestas, nec non studiis hujusmodi monumentum perpetuo eorumdem administratorum effulgeat nomini, nostrorumque Apostolici muneris, & desideriorum gratia sic benedicente Domino vigeat implementum.

Ferrariensis Ecclesiae Status, ac dignitas.

§.1. Sane cum insignis Ecclesia Ferrariensis, quam Ven. Frater Noster Thomas Episcopus Praenestinus S. R. E. Cardinalis Ruffus nuncupatus, etiam una cum sua Ecclesia Praenestina in administrationem ad sui vitam ex concessione, & dispensatione Apostolicis laudabiliter ad praesens retinet, ab antiquissimo tempore erecta fundataque Divisque Georgio, & Maurelio dicata in ejus aedificiis satis ampla, satisque in eorum-

dem aedificiorum eleganti structura illustris exilat, & in ea septem Archipresbyteratus, videlicet post Pontificalem major, Praepositura, Archidiaconatus, Primiceriatus, Custodia, Thesaurarius, & Decanatus Dignitates, necnon quatuordecim Canonicatus, totidemque inter quas Theologalis, & poenitentia nuncupata Praebendae, ac octo perpetua simplicia personalemque residentiam requirentia Beneficia Ecclesiastica Mansionariatus nuncupata perpetuo erecta, & Instituta, annuisque redditibus, satis congrue dotata reperiantur, eidemque Ferrariensis Ecclesiae, quae caelestis quoque luculetique sacrarum reliquiarum inibi decenter aservatarum thesauro ditata, sacrisque supplicibus abunde instructa dignoscitur, nedum copiosus Dignitatum, ac Canonicorum, ac Beneficiorum Dignitates, ac Canonicatus, & Praebendas, nec non Beneficia praedicta obtinentium catus; Verum etiam quinquaginta Clerici, seu Presbyteri Cappellani una cum Beneficiis praedictis unum corpus, unumque Collegium a dictis Canonicis distinctum, separatimque constituentes, decorum laudabilemque in Divinis exhibeant famulatum, ipsaque Ecclesia Ferrariensis, usque ab ejus felici ortu naturalem exemptionem immediatamque suam Romano Pontifici pro tempore existenti, Sedique Apostolicae sortita fuerit subjectionem, ac immediata subjectione hujusmodi semper magis magisque, & postquam omnis veterum quamplurium Apostolicarum concessionum id testantium documentis fecerit, Innocentius Papa Secundus, etiam Praedecessor noster per suam in Concilio Lateranensi sub datum decimo Kal. Maii anno Domini millesimo centesimo trigesimo nono Pontificatus sui anno X. desuper editam & a tunc existentium ejusdem S. R. E. Cardinalium Collegio subscriptam Constitutionem, quae incipit = Ad hoc = Ecclesiam Ferrariensem, cum tota Parochia sua in Jure, dominio, ac privilegio S. R. E. ac Beati Petri, cujus est patrimonium, conservandam, & sub Romani Pontificis ditione, ordinatione, atque conservatione fore, & esse, Apostolica ejus auctoritate, statueret, ac hujusmodi exemptio, & immediata subiectio a re: me: Coelestino Secundo, Lucio itidem secundo & Gregorio VIII. etiam Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, praedictique Innocentii Successoribus per alias eorum respective desuper emanatas, & a tunc pariter existentibus praedictae S. R. E. Cardinalibus similiter respective subscriptas literas approbatae, & in eis praedicta Ecclesia Ferrariensis, manutenta semper extiterant, & subinde ab eisdem rec. Clemente III., Coelestino itidem III., Innocentio IV., a quo privilegia Innocentii, Coelestini, Lucii, Gregorii, Clementis, & Innocentii Praedecessorum praedictorum, & praesertim ut Ecclesia Ferrariensis esset semper sub Romani Pontificis, & illius Successorum ordinatione, atque consecratione approbata, & confirmata fuerant, ac deinde validius ab Eugenio IV. per diversas

Sedi Apostolicae semper immediate fuit subiecta ex Pontificum Romano Decreto.

fas

Hujusmodi immediata subiectio Rom. Ecclesiae, & ceterisque Ecclesiis exemptio declarata in Concilio Rom. 1735.

fas ejus literas Apostolicas in forma Brevis respective desuper expeditas, quae sicut accepimus, originaliter in Archivio Episcopali Ecclesiae Ferrariensis aservantur, nec non a pia me. Nicolao V. sibi concessis gavisa fuerit, eisque sic gaudens a reliquis pro tempore existentibus, & praesertim ab Alexandro VIII., Innocentio XII., & Clemente XI. pariter Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris in eorum respective literis Apostolicis super eisdem Ecclesiae Ferrariensis, pro tempore facta provisione expeditis; & debite executioni demandatis Sedi praedictae immediate subiecta, prout semper extiterat, semper enunciata fuerit, & nuper videlicet de anno eisdem Domini millesimo septingentesimo vigesimo quinto orta super eisdem Ecclesiae Ferrariensis. Sedi praedictae immediata subiectio hujusmodi quaestiones materia, eaque ad Concilium Romanum sub eodem Benedicto Praedecessore tunc habitum delata, ab eodem Concilio, cui & nos Cardinalatus honore fungentes interfuimus emanata fuerit sententia tenoris sequentis, videlicet.

§.2. Christi nomine invocato Pro Tribunali sedentes, & solum Deum praesentem habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam quam de Juris peritorum consilio in his scriptis serimus in causa, & causis, quae primo & in prima, seu alia veriorum Nobis versa fuerunt, & vertuntur Instantia vigore specialis Commissionis motu proprio, & non ad illius Partis instantiam, & de potestatis plenitudine a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XIII. signatae, & directae sacro praesenti Concilio Romano cum facultate eligendi, & deputandi nonnullos S. R. E. Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Patres ejusdem Concilii in Sacra Theologia Magistros, & respective in decretis Doctores, necnon etiam cum facultate procedendi sine strepitu, & figura Judicii & sola facti veritate, inspecta omni, & quocumque recursum, & appellatione remotis inter Illustrissimum, & Reverendissimum Archiepiscopum Ravennaten., & Eminentissimum, & Reverendissimum Episcopum Ferrariensem, dictamque Civitates, & Cives super praetensa suffraganeitate Ecclesiae Ferrariensis, praedicto Archiepiscopo Ravennaten., rebusque aliis in actis causae, & causarum hujusmodi latius deductis dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac diffinitive sententiam vigorem resolutionis capte in Congregatione particulari habita die 21. Maii currentis, constare de immediata subiectio Ecclesiae Ferrariensis. sanctae Sedi Apostolicae, neque illam esse suffraganeam ulli Metropolitanano, proindeque nullum Jus Metropolitanum competisse, neque competere Archiepiscopo Ravennaten. neque ulli alteri super dicta Ecclesia Ferrariensis; sed illam fuisse, & esse liberam, exemptam, & immediate subiectam Sanctae Sedi Apostolicae, prout talem esse pronunciamus; declaramus, & sententiam: facta etiam prius relatione dictae resolutionis praecedenter captae, Sanctissimo Domi-

no Nostro, & omnibus Reverendissimis Patribus in Concilio Romano interficientibus, qui omnes denegando novam audientiam ab Archiepiscopo Ravennaten. in publico Concilio petitam die vigesima secunda Maii resolutionem, ut supra captam in dicta Sacra Congregatione particulari tanquam Juri consonam in Congregatione profynodali habita die 25. ejusdem mensis Maii approbandam, & publicandam, atque exequendam esse censuerunt, ideoque super praetensa Jure Metropolitanico adversus dictam Ecclesiam Ferrariensem. tam Archiepiscopo Ravennaten., quam cuicumque alteri per hanc nostram diffinitivam sententiam, perpetuum silentium imponendum fore, & esse duximus, prout imponimus, & pro imposito haberi volumus, & mandamus, & ita dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, & diffinitive sententiamus, non solum praedicta, sed omni alio meliori modo.

§.3. Civitas vero nostra Ferrariensis praedicta illustri vetustate, situs amplitudine, valido manium munimine, fertili soli amplitudine, copioso tum generis nobilitate polentium, tum scientiarum, armorumque virtute praedictorum civium numero, studio generali, ex quo quam plures viri literarum Scientia, artiumque liberalium insigni experientia celebres prodierunt, & prodeunt in dies, nec non Tribunali, seu causarum audientia, Rota nuncupata, cui J. V. Doctores Justitiae, & probitatis aeternae praesentis, concilioque in ea a praedicto Eugenio IV. habito, & deinde post quindecim ejusdem Concilii Sess. inibi habitas Florentiam translato, prout vetera referunt monumenta, centum Ecclesiarum in ejus circuitu existentium, annuis redditibus, divinoque servitio locupletum, quamplurium virorum, & Sacrarum Virginum, Monasteriorum, & in ejus satis ampla Diocesi centum millium animarum Parochianorum inter centum, & ultra ejusdem Diocesis Parochiales Ecclesias divarum numero referata una ex insignioribus totius Italiae Civitatibus existat, illiusque in temporalibus gubernio unus ex eisdem S. R. E. Cardinalibus, cum facultate nostri, & pro tempore existentis Romani Pontificis de latere legati praesideat, ac insuper praedictus Thomas Cardinalis, & Episcopus Praenestinus ob eximium, quem semper, & ab eo tempore, quo dicta Ecclesia Ferrariensis ex concessione, & dispensatione similibus Praesul extitit, erga dictam Ecclesiam Ferrariensem. gessit, & adhuc, prout providum, utilemque decet administratorem, corde gerit dilectionis affectum, ejusdem Ecclesiae Ferrariensis, insignitatem augere concupiscens, attenta quod hoc me: Thaddeus Aloysius ejusdem S. R. E. dum viveret Cardinalis de Verona nuncupatus dicte Ecclesiae Ferrariensis, etiam dum viveret ultimus ex concessione, & dispensatione partibus Praesul in veteri dicte Ecclesiae situ nova ejusdem Ecclesiae inchoaverat aedificia una ex tribus tertiis eorumdem novorum aedificiorum partibus dumtaxat completa

Populi frequentia, aliaque praecleara dotes Civitatis Ferrariensis.

Diocesis ampliorum.

Aedificia.

NOVA

Seminarium.

In Archiepiscopatum exigitur.

nova edificia hujusmodi eleganter expleverit, quin & veteri domo Episcopali a fundamentis dejecta novum, decorum, amplumque Palatium sibi suisque successoribus excitaverit, & attento, quo Seminario Ecclesiasticum Ferrarien. opus ab Œcumenica Tridentina Synodo in qualibet Diœcesi apprime concupitum in ejus situ perangustum, exiguumque Puerorum numero reperiebatur, illud ad nobiliores, amplioresque eades transfulerit, illiusque viginti ad septuaginta, & ex eis duodecim ex propriis ejusdem Thomæ Cardinalis, & Episcopi Prænestin. bonis, perpetuo enutriendorum Puerorum numerum ampliaverit, aliaque edificia ad Ferrarien. Episcopi pro tempore existentis, & colonorum comodum Ruri construxerit.

§.4. Nos igitur Ecclesiam Ferrarien. prædictam tot, tantisque prætoris tam suorum, quam prædicti Thomæ Cardinalis, & Episcopi Prænestin. meritorum circumamictam varietatibus ad sublime sibi debitæ Archiepiscopalis dignitatis fastigium adducere, illamque una cum ceteris Archiepiscopalis Ecclesiis supra militantis Ecclesiæ montem ponere, ac gratas amoris illius quo bo: me: Nerius prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dum viveret Cardinalis Corfinus nuncupatus patruus noster dum in Civitate Ferrarien. prædicta Legati de latere hujusmodi munere fungeretur, erga eandem Civitatem Ferrarien. tenebatur, qui amor nostra quoque alta mente manens cor nostrum semper tetigit, & tangit ad præsens vices gerere, laudabilibusque prædicti Thomæ Cardinalis, & Episcopi Prænestin. votis benigne annuere, ac specialem sibi gratiam facere volentes, nec non dictam Innocentii II. Constitutionem, aliorumque omnium Romanorum Pontificum Prædecessorum prædictorum omnes, & singulas respectivè literas prædictas, eorumque singulos tenores, præsentibus pro expressis, insertisque habentes post habitam a nobis super præmissis omnibus maturam cum Ven. Fratribus nostris prædictæ S. R. E. Cardinalibus deliberationem de fratrum eorumdem consilio; Motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, sententiam a Concilio Romano, ut præfertur emanatam, ac præsentibus nostris literis insertam Apostolica auctoritate perpetuo approbamus, & confirmamus, eique Apostolicæ nostræ firmitatis robur adiciamus, omnesque, & singulos tam juris, quam facti, si qui desuper quomodolibet intervenerint defectus eadem Apostolica auctoritate supplemus, Ecclesiamque, & Sedem Episcopalem Ferrarien. in Archiepiscopalem Ecclesiam, nec non Archiepiscopalis Præsidis Sedem pro uno, deinceps Archiepiscopo, qui Pallii, & Crucis usum aliorum Archiepiscoporum more habeat, omnibusque aliis insigniis Archiepiscopalis, nec non privilegii, honoribus, & prærogativis ceteris Archiepiscopis debitis, & concessis uti frui,

potiri, & gaudere libere, & licite possit, & valeat Apostolica auctoritate prædicta perpetuo erigimus, & instituiamus, eamque nomine, titulo, & honore Archiepiscopali decoramus, ipsiusque Ecclesiæ Ferrarien. pro tempore existentem Præsulem Archiepiscopum declaramus, dictoque Thomæ Cardinali, & Episcopo Prænestin., ipsiusque Ecclesiæ Ferrarien. Administratori, illiusque pro tempore existenti Præsuli, ut ipsi ad nullum Provinciale præterquam Romanum Concilium evocari possit, & valeat, ita quod non nisi ad Romanum Concilium hujusmodi accedere teneatur, eadem Apostolica auctoritate, cum hoc tamen quod idem Thomas Cardinalis, & Episcopus Prænestin. absque alia sibi de Ecclesia Ferrarien. prædicta in administrationem de nova faciendâ concessione in ejusdem Ferrarien. Ecclesiæ administratorem præfectus esse intelligatur, & existat, concedimus, & indulgemus, dictoque Thomæ Cardinali, & Episcopo Prænestin. ut ipse etiam si dictæ Ecclesiæ Ferrarien. administrator existat nihilominus, ac si illi vere præfesset, Pallium Archiepiscopale ratione dictæ Ecclesiæ Ferrarien. a nobis petere, illoque libere uti, crucemque deferre libere, & licite valeat, licentiam desuper impartitur, & facultatem.

§.5. Præsentibus quoque literas, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore etiam ex eo, quod causæ propter quas hæc omnia facta fuerunt examinata, verificata, & approbata, & quicumque in eis interesse habentes ad id vocati non fuerint, nec præmissis consenserint, sive alias ex quibuscumque causis legitimis, & juridicis de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, vel adversus illa quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium etiam aperiitionis oris impetrari posse, nec sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per nos, seu Romanos Pontifices Successores nostros sub quibusvis verborum expressionibus, & formis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus pro tempore factis comprehendere, sed tanquam pro augmento Divini cultus concessa minime comprehendere, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum in quo antea quomodolibet erant, statum restituta, reposita, & plenarie reintegrata, ac de novo, etiam sub quacumque posteriori data per dictum Thomam Cardinalem, & Episcopum Prænestin., & pro tempore existentem Ecclesiæ Ferrarien. Archiepiscopum quodcumque eligenda, concessa fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri debere, nec quemquam camera opus sit ad easdem presentes in Camera nostra Apostolica juxta Constitutionem re. me. Pii Papæ IV. pariter Prædecessoris nostri desuper editam,

Præfentes Literæ nullo unquam notanda vitio.

Deregatio contrationum

Transumptorum fides.

Temerariis infirmitatibus penz.

tam; aut alias quodcumque presentandum, insinuandum, & regitrandum teneri neque illas propterea irritas, sed omnino valere, & suffragari, perinde ac si prædicti Pii IV. Prædecessoris Constitutio hujusmodi, aliaque contraria minime emanassent; sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac præfate S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictæ Sedis Nuncios, sublatis, & eorum cuilibet quatenus aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate in quavis causa, & instantia judicari, & diffiniri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

§.4. Non obstantibus quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsto non tollendo, nec non ejusdem rec. Clementis III. ac prædicti Cœlestini III., & Innocentii etiam III. ac Honorii quoque III. Romanorum Pontificum, etiam Prædecessorum nostrorum super auctoritate, & usu Pallii editis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis ejusdemque Ecclesiæ Ferrarien. etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis eidem Ecclesiæ Ferrarien. illiusque Præsulibus, & administratoribus, nec non dilectis filiis, illius Capitulo, aliisque personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogationibus derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu pari, & concistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam pluries concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua mentio, seu quavis alia expressio habenda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat latissime, & plenissime, ac specialiter, & expresse motu pari derogamus contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, quod eorumdem presentium transumptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, roboris adiectionis, defectuum supplementationis, erectionis, institutionis, declarationis, concessionis indulti, Decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, Bull. Rom. Tom. XIV.

indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noviter incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majori Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigésimo quinto, sexto Kal. Augusti Pont. nostri Anno VI. F. Card. Oliverius.

Dat. die 27. Julii 1735. An. VI.

CLXIII.

Confirmatio cujusdam Paragraphi Constitutionis Benedicti PP. XIII. circa vacationem Abbatiarum obtinendarum in Congregatione Regularium S. Salvatoris Ordinis S. Augustini.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. E Xponi nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Albertus de Grandis Abbas generalis Congregationis S. Salvatoris Ordinis S. Augustini, quod per Constitutionem sel. rec. Benedicti PP. XIII. Prædecessoris nostri Anno Incarnationis Dominicæ 1729. Septimo Kal. April. Pontificatus sui Anno V. emanatam, quam Nos per aliam nostram Constitutionem ad pristinum statum, ac terminum omnino reduximus, & redactam esse volumus inter alia statuitur, & decernitur, quod licet dispositio, quæ habetur in literis piæ memoriæ Pauli Papæ V. Prædecessoris pariter nostri, quarum initium est, Alias motu proprio &c. quibus personæ diversæ nationis, ac patriæ ad regimen Prælaturarum Monasteriorum dictæ Congregationis Sancti Salvatoris assumi vetantur, & natis ubi sita sunt Monasteria Prælaturas easdem conferri præcipitur retroactis temporibus utilis esse poterit nihilominus cum ob defectum idoneorum interdum non idoneos promovere, aut Prælaturas ipsas non sine magno regularis discipline, & rerum Monasteriorum detrimento vacuas relinquere oporteat; Idem Benedictus Prædecessor hujusmodi gravi incommodo occurrere volens, ac ut deinceps personæ in Abbates Monasteriorum prædictæ Congregationis assumenda sacris literis, prudentia, & maturitate sint commendabiles, & idoneæ ad feliciter in spiritualibus & temporalibus Monasteria ipsa dirigenda, dispositionem, literasque prædictas ejusdem Pauli Prædecessoris, nec non alias re. me. Alexandri Papæ VII. itidem Prædecessoris Nostri incipientes Ad Apostolicam &c. quibus inter cætera Congregationi Sancti Salvatoris hujusmodi Abbatiam infra scripti Monasterii Terræ Centi Diœcesis Bononiensis Presbytero professo & in dicta Terra orto, vel in ejus defectum Ferrariensi conferendi obligatio injungitur, in hac parte tantum, in reliquis vero in suo robore permanentibus de medio sustulit, & abrogavit: occurrentibus vero Abbatiarum vacationibus præcepit, ut Abbas Generalis, & quatuor Visitatores dictæ Congregationis digniorum personam ex Provincia, in qua Abbatia vacans sita fuerit

Bened. XIII. decrevit digniores ad Abbatias hujus Congregationis esse assumendos, quævis Monasterii ejusdem, vel Provincia non sint filii serv. serv.

rit desumant; Cum hac tamen Regula, quod ceteris paribus respectu præferri debeant Religiosi Canonici propinquioris Monasterii Provinciarum ejusdem Congregationis, qui quæ saltem in trigesimo quinto sue ætatis, & duodecimo Religiosæ professionis anno constituti existant, & postea per novem annos cum laude & Discipulorum profectu Philosophiam, aut Teologiam prælegerint, vel Thyronum regimen, seu curam Animarum in illis Ecclesiis dumtaxat, quibus inserviunt, iidem Canonici Sancti Salvatoris, ibique viget regularis observantia exercuerint, seu Quadragesimali tempore Sacras Conciones in Civitatibus ad Populum habuerint, vel munus Prædictis actualis sustinuerint, seu per quindecim annorum spatium procuratorem alicujus Monasterii laudabiliter gesserint, quos ad Abbacias, ut profertur vacantes obtinendas quibuscumque aliis quacumque ratione ad eas aspirantibus penitus remotis & exclusis, eligere omnino debeant, & teneantur auctoritate Apostolica perpetuo statuit, & declaravit.

Procurator Generalis pro humiliori De erei confirmatione supplicat.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Joannes Albertus Abbas Generalis observantia Constitutionis memorati Benedicti Prædecessoris in maximum ipsius Provincie, imo totius Congregationis progressum residet, præsertim quoad illas Nationes numero carentes, dum nationales hoc pacto multum operæ, & laboris in studiis consumant ad hoc, ut idonei reddantur, iis vero minime existentibus, electio cadet in personas, quæ dignitati decorem, & toti Congregationi utilitatem afferant. Nobis propterea dictus Joannes Albertus Abbas Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

Benigne præstat Clemens.

§.3. Nos igitur eundem Joannem Albertum Abbatem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis, sententiis, censuris, & poenis a lure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præsertim particulam ex Constitutione Benedicti Prædecessoris exceptam, ut præfertur, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac illam perpetuo observari mandamus.

Sicque servari præcipit in futurum.

§.4. Decernentes easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari; & ab eis respectu inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinariorum, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & dif-

finiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus præmissis ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit prædictæ Congregationis aliisque quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 4. Julii 1735. Pont. nostri Anno VI.

F. Card. Oliverius.

C L X I V.

Omnes Regulares etiam Ordinis Cisterciensis in Regno Lusitaniæ tenentur observare Constitutiones Gregorii XV. & Clementis X. circa Parochialium usum, & Sacramentorum administrationem.

C L E M E N S P P. X I I.

Ad futuram rei memoriam.

Admonet Nos Apostolici muneris ratio ad ea serio intendere, per quæ provide statuta a Prædecessoribus nostris, præsertim ad Ecclesiasticam disciplinam tuendam, ac pacem, & tranquillitatem inter Villicos, & Operarios agri Domini firmam spectantia, inviolabiliter custodiantur, atque observentur.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Venerabilis Frater Patriarcha Ulyxbonensis, quod Regulares Regnorum Portugaliæ, & Algarbiorum diversis temporibus adnixi fuerint sese ab observatione Constitutionis fel. rec. Gregorii PP. XV. Prædecessoris Nostri, quæ incipit: *Inscrutabili Dei providentia* subducere, ac eximere, freti quibusdam in simili forma Brevis litteris rec. me. Urbani PP. VIII. Prædecessoris etiam Nostri die 3. Martii 1625. expeditis, tenoris, qui sequitur; videlicet: Dilecto Filio Magistro Joanni Baptista Pallotta in utraque Signatura nostra Referendario, Jurium, & Spoliorum Camera Nostre Apostolicæ in Portugallia, & Algarbiorum Regnis debitorum Collectori Genera-

Derog. contrariis.

Transumptis credi jubet.

Dat. die 4. Julii 1735. An. VI.

Procurator.

Causa servanda Constitutionis.

Gregor. XV. observanda a Religiosis exemptis in illis, quæ curam animarum respiciunt, declaravit secundum mentem Concilii Tridentini.

nerali. Urbanus PP. VIII. Dilecti filii salutem, & Apostolicam benedictionem. Alias a fel. rec. Gregorio PP. XV. Prædecessore Nostro emanarunt literæ tenoris subsequents, videlicet; Gregorius Episcopus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Inscrutabili Dei providentia universalis Ecclesie regimini merito licet imparibus præfidentes, pastoralis nostre sollicitudinis partes esse dignoscimus in eam curam præcipue incumbere, ut a dignis, & probatis tantum Sacerdotibus sancte administrarentur Ecclesiastica Sacramenta; atque, ut Virginum Deo Sacrarum Monasteria diligentissime custodiantur, & Viri assumantur idonei ad Prædicationis officium salubriter exequendum. Sane Tridentina Synodi decretis providè cautum est nullum Presbyterum, etiam Regularem posse Confessiones Sæcularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat; necnon ut in Monasteriis, seu Domibus Virorum, seu Mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu Locorum familia personæ tam Regulares, quam Sæculares ejusmodi curam exercentes subsint immediate in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Diocesi sunt sita, itemque, ut Episcopi universi sub obstaculo divini iudicii, & interminatione maledictionis eternæ in omnibus Monasteriis sibi subiectis ordinaria, in aliis vero Sedis Apostolicæ auctoritate clausuram sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter relitui, & ubi inviolata est, conservari maxime procurent, inobedientes, atque contraditores per censuras Ecclesiasticas, aliasque poenas, quacumque appellatione postposita compescentes: atque ut Regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volentes, se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, in Ecclesiis vero, quæ suorum Ordinum non sunt, nullo modo prædicare possint sine Episcopi licentia, contradicente autem Episcopo, nullibi etiam in suorum Ordinum Ecclesiis prædicare præsumant. Verum quia experientia compertum est Ecclesiastici Regimini rationes postulare, ut decretis ejusmodi aliquid adjungatur, matura deliberatione nostra, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, hac generali ac perpetuo valitura Constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, ut deinceps tam Regulares, quam Sæculares quomodolibet exempti, sive animarum curam personarum secularium Monasterii, seu Domibus Regularibus, aut quibusvis aliis Ecclesiis, vel beneficiis, sive Regularibus, sive Sæcularibus incumbentem exercent, sive alias Ecclesiastica Sacra-

menta, aut unum ex illis ministrent prævia Episcopi licentia, & approbatione, sive quoquo modo in dictæ Curæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione de facto, absque ulla auctoritate se ingerant in his, quæ ejusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni Diocesani Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ Delegati plene in omnibus subiciantur. Ad hæc tam Regulares, quam Sæculares hujusmodi nullis privilegiis, aut exemptionibus tueri se possint, quominus si deliquerint circa personas intra septuagentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium etiam Regularibus subiectarum, ab Episcopo Loci similiter tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegato quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant. Confessores vero, sive Regulares, sive Sæculares quomodocumque exempti tam Ordinarii, quam extraordinarii ad Confessionem Monialium etiam Regularibus subiectarum audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant, sed & administrantes bona ad ejusmodi Monasteria Sanctimonialium, ut præfertur etiam Regularibus subiectarum pertinentia sive Regulares extiterint, sive Sæculares quomodolibet exempti, Episcopo Loci, adhibitis etiam Superioribus Regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas reddere teneantur, ad idque Juris remediis cogi, & compelli queant, liceatque Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut ejusmodi Confessores, atque Administratores amoveant, iisque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amovendi quoties, & quando opus esse judicaverit. Ac similiter possit Episcopus una cum Superioribus Regularibus quarumcumque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Præpositarum eorumdem Monasteriorum quocumque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere absque ulla tamen ipsorum Monasteriorum impensa. Ac demum habeat Episcopus tanquam dictæ Sedis Delegatus auctoritatem coercendi, & puniendi quoscumque exemptos tam Sæculares, quam Regulares, qui in alienis Ecclesiis, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in Ecclesiis suis, aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint; Ita ut Episcopi in præscriptis casibus in prænomatas personas in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit etiam extra visitationem per censuras Ecclesiasticas, aliasque poenas, uti ejusdem Sedis Delegati procedere, omnemque Jurisdictionem

exercere libere, & licite valeant. Decernentes sic per quoscumque Iudices quavis auctoritate fungentes, etiam Sacri Palatii Auditores, nec non Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiusvis alterius Instituti etiam necessario, & in individuo exprimen., Monasteriorum, Conventuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque tam Secularium, quam Regularium locorum, nec non illorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Exemptionibus quoque, Indultis, & Privilegiis, etiam in corpore Juris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine foundationis concessis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, Conservatorum deputationibus, eorumque, atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minime teneantur, & quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per viam Communicationis, seu extensionis concessis, ac iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, praesentibus pro expressis habentes; quibus quoad ea, quae eisdem praesentibus adversantur, illis alias in suo robore permanentibus, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Ceterum, quia difficile foret praesentes literas ad singula quaeque loca deferri, ut ex tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad Valvas Lateranen., & Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, atque Cancellariae Apostolicae, & in Aede Campi Florae publicari, & inibi affigi, & per aliquod temporis spatium dimitti, eisque detractis earum exempla eo in loco relinqui: Ac volumus, ut earumdem praesentium literarum transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscrip-

tis, & Sigillo Praelati, seu personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis in iudicio, & extra illud, ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, declarationis, decretorum, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo secundo nonis Februarii, Pontificatus nostri Anno secundo. Cum autem, sicut accepimus, circa executionem literarum praedictarum in Portugallia, & Algarbiorum Regnis faciendam nonnulla per dilectum filium Michaellem Suarium Pereira, negotiorum Regnorum hujusmodi pro carissimo in Christo filio nostro Philippo Portugalliae, & Algarbiorum Rege Catholico in Romana Curia Agentem, ejusdem Philippi Regis nomine coram dilectis filiis nostris Dominico Sanctorum duodecim Apostolorum Gymnasio, Joanne Garcia Sanctorum quatuor Coronatorum Millino, ac Scipione Sanctae Susanna, necnon Antonio S. Honuphrii Titulorum Presbyteris Cardinalibus respective nuncupatis ad id a nobis specialiter deputatis, deducta fuerint, idcirco donec deducta, ut praefertur, & qua deducta fuerint, per Dominicum, Joannem Garciam, Scipionem, & Antonium Cardinales praedictos, seu alios a nobis super his deputandos maturius, & plenius videantur, atque considerentur: Motu proprio, & ex certa scientia, ac maturo deliberatione nostris, deque Apostolica Potestate plenitudine, Tibi per praesentes committimus, & mandamus, ut in Regnis Portugalliae, & Algarbiorum praedictis tantum ab executione praesentiarum literarum hujusmodi superferri, auctoritate nostra cures, & facias, donec aliter a Nobis, seu Romanis Pontificibus Successoribus nostris provisum fuerit; Contradictores quoslibet, & rebelles, ac Tibi in hoc non parentes, per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & Facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, Non obstant, praesentis literis hujusmodi, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 3. Martii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, suspensio dictae Constitutionis Gregorii Praedecessoris vigore praesentiarum Urbani itidem Praedecessoris literarum, donec aliter ab ipso Urbano Praedecessore, seu Romanis Pontificibus Successoribus suis provisum fuisset, sicut praemittitur, facta jam diu cessaverit, ac e medio sublata fuerit per posteriores Ordination-

Urbanus VIII. ab hujusmodi declarationis executione supercedendū statuit.

Ex hujusmodi suspensione quavis sublata per declarationem Clementis X. data occasio nunquam habens exequendi Constitutionem Gregorii XV.

Omnes & singuli Regulares declarantur obstricti observationi Contributioni Gregor. XV. & Clem. X.

Sicque in futurum esse iudicandum.

nationes a Sede Apostolica identidem emanatas, potissimum vero per alteram Constitutionem similis mem. Clementis PP. X. Praedecessoris quoque nostri, cujus initium est: *Superna magni Patris familias*, usque ab anno 1670. per viam Legis universalis promulgata, ad removenda scilicet dubia, & contentiones, quae occasione recentis Constitutionis Gregorii Praedecessoris excitata fuerant, quemadmodum novissime etiam a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. Romanae Ecclesiae Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, re discussa, expensisque Urbani Praedecessoris literis praesentis, resolutum, & declaratum fuit, nihilominus nonnulli Regulares Regnorum praefatorum, & praesertim Ordinis Cisterciensium, executioni ejusdem Constitutionis Gregorii, & alterius Clementis Praedecessorum, nec non decretorum, quae ad illarum tramites a dicta Congregatione Cardinalium prodierunt, adhuc obstitere ac refragari pergant, obtinentes ultra ad literas Urbani Praedecessoris, se in neutra ex emanatis Constitutionibus comprehensos esse, eo quod in illis expresse nominati minime reperiantur, sicuti juxta asserta eorum privilegia opus fuisse ajunt; Nobis propterea praedictus Patriarcha humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur ipsius Patriarchae votis, hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequentium, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Omnes, & singulos Regulares, praefatorum Regnorum Portugalliae, & Algarbiorum etiam dicti Cisterciensium, & cujuscumque alterius Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam necessario, specialiter, ac in individuo nominandi, & exprimendi, ad exactam, & plenariam Constitutionum memoratorum Gregorii, & Clementis Praedecessorum observationem, prout eos concernunt, omnino teneri, & obligatos existere, & fore, & ad id sub censuris Ecclesiasticis, & aliis in iisdem Constitutionibus contentis poenis cogi, & compelli posse, auctoritate Apostolica harum serie statuimus, & declaramus.

§.4. Decernentes sic, & non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae praefatae Cardinales etiam de latere Legatos, dictaeque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstant, quatenus opus sit, praesentis Urbani Praedecessoris Literis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, atque quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, usibus, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, nec non omnibus, & singulis, quae in eorumdem Gregorii, & Clementis Constitutionibus concessa sunt non obtinere, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus quoque praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhibetur, si forent exhibitae vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris sub annulo Piscatoris die 11. Aug. 1735. Pontificatus Nostri Anno VI.
F. Card. Oliverius.

Fides transumptorum.

Dat. die 11. Augusti 1735. An. VI.

CLXV.

Pontifex Privilegia concedit nonnullis suis Familiaribus.

CLEMENS PP. XII.

Dilectis filiis Nicolao Antonelli Senogallien., Marchioni Chiappino Vitelli Florentino, Virginio de Cincis Romano, cubiculariis intimis, Joanni Bottari itidem Florentino respective Civitatum, vel Diacesam, Capellano Secreto, ac Joanni Baptista Altieri, Cubiculi nostri Adjutori, familiaribus, continuis Commensalibus nostris Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Circumspecta Romanis Pontificis gratiarum dispensatoris providentia devotos, & fideles suos, illos praesertim qui grata familiaritatis obsequia jugiter ei impendunt, ac quos ad id alias propria virtutum merita commendant, honoris, & famae amplioribus praerogativis, ac praerogativis dignitatum titulis decorare, & ornare, nec non specialis benevolentiae favoribus amplecti solet, prout personarum qualitibus conspicit convenire.

§.1. Hinc est, quod Nos ad grata familiaritatis obsequia, quae vos, qui etiam continui commensales nostri existitis, & quilibet vestrum Nobis haecenus impendistis, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistitis, nec non ad vitae, ac morum honestatem, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personas vestras etiam familiari experientia juvari percipimus, condignam rationem habentes, ac propterea easdem personas vestras peculiaris favore gratiae, ac specialis honoris, & excellentiae dignitatis titulo sublimare, volentes, Vosque, & quemlibet vestrum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis senten-

Exordium.

Hicce Cubicularis Sedit Ap. Notarios creat, & Palatii Comites, cum honoribus, & praerogativis.